An. et vol. CIX 1 Septembris 2017 N. 9

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico – Città del Vaticano – *Administratio*: Libreria Editrice Vaticana

ACTA FRANCISCI PP.

LITTERAE DECRETALES

Quibus beatis Francisco et Hyacinthae Marto Sanctorum honores decernuntur.

FRANCISCUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

ad perpetuam rei memoriam

« Resplendebat cutis faciei suae ex consortio sermonis Domini » (*Ex* 34, 29b).

Experientia par et illi Moysis beatis Francisco et Hyacinthae Marto a Deo concessa est qui donum acceperunt vultum Beatae Mariae Virginis contemplandi et postea magna fidelitate eius nuntium vivendi. Hoc modo oculi et cor utriusque, humilis et pauperis, splendore repleti sunt et caeli beatitudine.

Franciscus die XI mensis Iunii anno MCMVIII natus est et Hyacintha die V mensis Martii anno MCMX. Erant filii minores natu Emmanuelis Petri Marto atque Olympiae de Jesus, provenientium e vico Aljustrel, paroeciae Fatimensis, dioecesis Leiriensis-Fatimensis. In ambitu familiari et sociali modesto creverunt atque simplicem sed solidam christianam educationem acceperunt, per parentum fidei testimonium. Quandoquidem Franciscus octo annos erat natus et Hyacintha sex, pascere familiae gregem coeperunt, hoc munere exercendo totam diem implentes, una cum consobrina Lucia. Anno MCMXVI ter Angelum Pacis viderunt, qui eos ad adorationem invitavit tempusque Deo dicandum. Inter menses Maium et Octobrem anni

MCMXVII, die XIII uniuscuiusque mensis (excepto die XIX mensis Augusti) a Beata Maria Virgine a Rosario sunt invisi. Primo in occursu Virgo Maria ex iis quaesivit: "Vultisne vos Deo offerre?". Simul cum consobrina Lucia firmiter responderunt: "Ita, volumus"; ac deinde vitam orationis, meditationis et paenitentiae agebant. Oblatio Francisci modum vivendi amplecta est qui adoratione contemplationeque nitebatur. Semper quoties potuit, locum solitarium adibat ad orandum, longas horas in silentio ecclesiae paroecialis degens, prope tabernaculum, ut "Iesum absconditum" comitaretur. In orationis consuetudine Franciscus tristem videbat Deum ob mundi aerumnas; cum Deo patiebatur Eumque consolari desiderabat. Inter tres videntes spiritu contemplationis eminuit atque vitam orationis aluit diligenter auscultans silentium in quo Deus loquitur. Sivit ut in se ineffabilis Dei praesentia habitaret: "Ego sentiebam Deum in me esse, sed nesciebam quomodo erat!" Incipiens inde ab hac experientia alios etiam in orationem accipere coepit. Mense Octobri anno MCMXVIII bronchopulmonite est correptus, victima luis. Die II mensis Aprilis anno MCMXIX confessionem, sequenti vero die Viaticum accepit, atque die IV mensis Aprilis serenus domi obiit, a suis circumdatus familiaribus.

Donum sui quod Hyacintha Deo fecit indolis affectuosae erat et effusae. Apparitionibus Angeli et Matris Dei tacta, permota fuit potissimum cruciatibus "pauperum peccatorum" et missione apostolica Sancti Patris. Opus quod assumpsit per "fiat" Beatae Mariae Virgini a Rosario datum, effecit ut viveret plene se ipsam obliviscens atque orationes et sacrificia pro bono eorum qui patiuntur offerens. Saepe desiderium significabat participandi cum omnibus amorem quem pro Cordibus Iesu et Mariae sensit; hic amor eius sollicitudinem de dolentibus augebat. Omnes parvi gestus eius diei, etiam molestiae a morbo provocatae, rationem constituebant oblationis Deo exhibendae pro conversione peccatorum et pro Sancto Patre. Cibum suum cum pauperibus communicabat, ieiunium offerens in sacrificium veluti signum sui aperti animi ut tota Dei esset. Compassio, potissimum erga omnes qui longe a Deo vivebant, adduxit eam ut missionem Salvatoris adimpleret: omnia facere cupiebat ad animas peccatorum salvandas. Exeunte anno MCMXVIII etiam Hyacintha bronchopulmonite est correpta, victima luis. Mense Ianuario anno MCMXX in Lisbonensem urbem est allata, ut in valetudinario curaretur. Nocte diei XX mensis Februarii eiusdem anni animam Deo reddidit.

Vasta solidaque fama eorum sanctimoniae considerata, die XXX mensis Aprilis anno MCMLII Episcopus Leiriensis Processus inquisitionis dioecesanos inchoavit, qui usque ad annum MCMLXXIX perduraverunt. Die XIII mensis Maii anno MCMLXXXIX sanctus Ioannes Paulus II declaravit Servos Dei Franciscum Marto eiusque sororem Hyacintham virtutes theologales, cardinales iisque adnexas heroicum in modum exercuisse. Idem Pontifex die XXVIII mensis Iunii anno MCMXCIX Decretum super miraculo promulgavit eorum intercessioni attributo. Die XIII mensis Maii anno MM sollemni praesedit celebrationi beatificationis Fatimae, in loco apparitionum Sanctissimae Virginis Mariae.

Canonizationis causa examini subiecta est coniecta sanatio miraculosa, quam Consilium Medicorum Congregationis de Causis Sanctorum die II mensis Februarii anno MMXVII iudicavit sub luce scientiae medicae inexplicabilem esse. Consultores Theologi die XXI eiusdem mensis hanc sanationem intercessioni beatorum Francisci et Hyacinthae Marto tribuerunt. Patres Cardinales et Episcopi in Sessione Ordinaria die XXI sequentis mensis Martii iudicaverunt sanationem verum miraculum fuisse. Nosmet Ipsi, post promulgationem Decreti super miro, die XX mensis Aprilis anno MMXVII Consistorio praefuimus in quo decrevimus Francisci et Hyacinthae canonizationem Fatimae celebratum iri die XIII mensis Maii anno MMXVII, centesima anniversaria memoria recurrente primae ibidem apparitionis Beatae Mariae Virginis, in occasione Nostrae peregrinationis ad celeberrimum Fatimense Sanctuarium.

Hodie igitur Fatimae, in loco apparitionum Beatae Mariae Virginis, inter Missarum sollemnia hanc pronuntiavimus formulam:

Em honra da Santissima Trindade, para exaltação da fé católica e incremento da vida cristã, com a autoridade de nosso Senhor Jesus Cristo, dos Santos Apóstolos Pedro e Paulo e Nossa, depois de termos longamente refletido, implorado várias vezes o auxílio divino e ouvido o parecer de muitos Irmãos nossos no Episcopado, declaramos e definimos como Santos os Beatos Francisco Marto e Jacinta Marto e inscrevemo-los no Catálogo dos Santos, estabelecendo que, em toda a Igreja, sejam devotamente honrados entre os Santos. Em nome do Pai e do Filho e do Espírito Santo.

Effundatur super nos eiusdem spiritum agnitionis, dilectionis et simplicitatis, quo Deus Pater hos sanctos pueros implevit, ut, sedula imitatione sincere obsequentes, eidem fide et opere placeamus.

Quae autem decrevimus, volumus et nunc et in posterum vim habere, contrariis minime officientibus rebus quibuslibet.

Datum Fatimae, die tertio decimo mensis Maii, anno Domini bis millesimo septimo decimo, Pontificatus Nostri quinto.

EGO FRANCISCUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus

Leonardo Sapienza, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 371.010

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Servae Dei Elisabethae Sanna Beatorum honores decernuntur.

FRANCISCUS PP.

Ad perpetuam rei memoriam. — «Quamdiu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis» (*Mt* 25,40).

Venerabilis Serva Dei Elisabetha Sanna plene haec verba Domini vixit, cupiens Eum laudare atque Eius voluntatem adimplere, indefesse omnibus egentibus inserviit in iis quae pertinebant tum ad eorum vitam terrestrem tum ad aeternam salutem. Saepe enim repetebat: "Velim Caelum plenum, Purgatorium vacuum, Infernum clausum".

In loco *Codrongianos* (Sacceri), in Sardinia, die XXIII mensis Aprilis anno MDCCLXXXVIII est nata, secunda e novem filiis, in familia rustica satis locupleti atque magna fide catholica suffulta. Pater munus praefecti istius pagi sustinuit; unus e fratribus Elisabethae, Antonius Aloisius, sacerdos est factus. Tres menses nata, variola est correpta, ob quam facultatem amisit brachia levandi; digitos movebat et carpos, tamen cibum ad os manibus afferre non valebat, neque signum crucis facere, capillos pectere, faciem sibi lavare, vestes induere; at poterat panem efficere, in furnum immittere et e furno extrahere. Quamvis corporis eius pateret incommoditas, mox in matrimonium est petita. Uxor ducta, cum Antonio Maria Porcu felix omnino fuit. Coniuges septem habuerunt filios, e quibus tamen duo mox obierunt. Licet praepedita esset in motibus, optime eos instituit, et cum iis educavit etiam pueros pagi, catechesim ipsis tradens eosque ad sacramenta praeparans. Eius domus omnibus aperta fuit, potissimum feminis quae ediscere cantus cupiebant et orationes. XVII elapsis matrimonii annis, die XXV mensis Ianuarii anno MDCCCXXV mortuus est eius maritus. Reverendus Dominus Antonius Aloisius, Venerabilis Servae Dei frater, omnino prudentiam et animum sororis laudavit, quae, dolens, non desperavit, sed in muneribus familiaribus exercendis est prosecuta, in rusticis laboribus, in mansionibus domesticis, in iuvandis egentibus et saepe invisendo Sanctuarium Beatae Mariae Virginis de Saccargia. Licet multum tempus in ecclesia adstaret,

domi semper ordinem servavit quae parvum celeriter factum est oratorium. In vita spiritali crescens, Elisabetha, consultatis praedicatore quaresimali, confessario atque Vicario Generali Archidioecesis Turritanae, veluti vidua votum castitatis nuncupavit.

Adhortante praedicatore quaresimali, Terram Sanctam voluit invisere. Persuasum habens suam matrem suumque fratrem Antonium Aloisium curam de filiis, iam adultis, esse habituros, aliorum etiam petivit auxilium, dicens: "Sollicitudine prosequamini familiam meam, usque ad reditum meum". Itaque die XXV mensis Iunii anno MDCCCXXXI Ianuam petivit, unde Palestinam adiret. Improviso, in itinere, propositum adimpleri non potuit et peregrinatores Romam adire debuerunt. Hic post breve tempus ipsa sanctum Vincentium Pallotti cognovit cuius spiritali moderamini se concredidit. Ille certiorem fecit Reverendum Dominum Antonium Aloisium sororem ob corporis rationem Sardiniam redire deberet. Revera, transeuntibus annis, morbus acutior semper fiebat et reditus impossibilis fuit. Ipsa Elisabetha, anno MDCCCLII, in processu beatificationis Vincentii Pallotti, sub iuramento, ad interrogationem de mansione sua Romae, hoc modo rationes exposuit: "Ego Romam veni cum proposito in patriam meam redeundi et hanc ob rem non ordinavi res meas. (...) Intellexi in patriam me redire non posse, quoniam iter (...) valde mihi nocuerat". Peculiaris explanatio cur Romae maneret ab ipsis medicis est data. Anno MDCCCXXXVIII doctor Petrilli scripsit de "molestissima palpitatione cordis simul cum fortibus et acutis doloribus artuum" actum esse et declaravit: "Cum infelicem experta esset eventum (...) tum per mare tum per terram, paulum afuit quin vitam amitteret. Cum nunc (...) ad extraordinarium pervenerit motum vertiginosum capitis, mea sententia, si aliud iter agat, aliud poterit peius capere incommodum". Cum domum redire non potuisset, dolebat et multum flebat, tamen animum non amisit; valuit se Deo concredere, novam condicionem accipere atque proximo inservire, Evangelio et Ecclesiae fidelis. Pauperibus et aegrotis auxiliabatur in eo quod pertinet tum ad corpus tum ad animum, continua prece sustentata quae ei vim spiritualem praebebat pro singulari apostolatu laico, potissimum in Valetudinario Insanabilium. Hunc modum agendi usque ad mortem produxit, quae die XVII mensis Februarii anno MDCCCLVII evenit.

Eius sanctitatis fama tanta fuit ut, quattuor mensibus ab obitu elapsis, die XV mensis Iunii anno MDCCCLVII, Cardinalis Vicarius Urbis Causam beatificationis Romae inchoaret. Interrupta anno MCMXI, anno MCMXC iterum est

cepta. Servatis de iure servandis atque *Positione* parata, Consultores Theologi sententiam positivam circa sanctitatem Servae Dei in Congressu peculiari die XX mensis Novembris anno MMXII protulerunt. Patres Cardinales et Episcopi, in Sessione Ordinaria die XXI mensis Ianuarii anno MMXIV habita, edixerunt Servam Dei heroum in modum virtutes exercuisse. Itaque Nosmet Ipsi die XXVII mensis Ianuarii anno MMXIV Congregationi de Causis Sanctorum facultatem fecimus ut Decretum super virtutibus promulgaret. Pro beatificatione Postulatio Causae praebuit coniectam miram sanationem, quam Consultores Medici eiusdem Congregationis de Causis Sanctorum die XXVI mensis Martii anno MMXV iudicaverunt sub luce scientiae et medicinae inexplicabilem esse. Die IX mensis Iunii eodem anno Consultores Theologi, in Congressu peculiari congregati, eiusmodi sanationem intercessioni Venerabilis Servae Dei tribuerunt. Patres Cardinales et Episcopi in Sessione Ordinaria die XII mensis Ianuarii anno MMXVI edixerunt hanc sanationem verum miraculum fuisse. Nosmet Ipsi Congregationi de Causis Sanctorum facultatem fecimus ut Decretum super miro die XXI mensis Ianuarii anno MMXVI promulgaret. Decrevimus etiam ut Beatificationis ritus die XVII mensis Septembris eiusdem anni in Basilica loci Saccargia, in *Codrongianos* (Sacceri), perageretur.

Hodie igitur eodem in loco de mandato Nostro Venerabilis Frater Noster Angelus S.R.E. Cardinalis Amato, S.D.B., Praefectus Congregationis de Causis Sanctorum, textum Litterarum Apostolicarum legit, quibus Nos Venerabilem Servam Dei Elisabetham Sanna, viduam, in Beatorum numerum adscribimus: Nos, vota Fratris Nostri Pauli Marii Vergilii Atzei, O.F.M. Conv., Archiepiscopi Metropolitae Turritani, necnon plurimorum aliorum Fratrum in Episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabilis Serva Dei Elisabetha Sanna, christifidelis laica, vidua, tertiaria professa Ordinis Minorum S. Francisci, sodalis Unionis Apostolatus Catholici a S. Vincendo Pallotti, humilis imitatrix Christi et diligens testis eius caritatis, Beatae nomine in posterum appelletur, eiusque festum die septima decima mensis Februarii, qua in caelum nata est, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Effundatur super nos eiusdem spiritum agnitionis et dilectionis Dei, quo hanc beatam mulierem implevit, ut, sedula imitatione sincere obsequentes, eidem fide et opere placeamus.

Quae autem his Litteris decrevimus, niinc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XVII mensis Septembris, anno Domini MMXVI, Iubilaeo Misericordiae, Pontificatus Nostri quarto.

De mandato Summi Pontificis
PETRUS card. PAROLIN
Secretarius Status

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 324.857

II

Venerabili Servo Dei Engelmaro (in saeculo: Huberto) Unzeitig, presbytero et martyri, Beatorum honores decernuntur.

FRANCISCUS PP.

Ad perpetuam rei memoriam. — «Quis nos separabit a caritate Christi? Tribulatio an angustia an persecutio an fames an nuditas an periculum an gladius? Sicut scriptum est: "Propter te mortificamur tota die, aestimati sumus ut oves occisionis". Sed in his omnibus supervincimus per eum, qui dilexit nos» (*Rom* 8, 35-37).

Venerabilis Servus Dei Engelmarus (in saeculo: Hubertus) Unzeitig in brevi aevo suo, haec beati Pauli apostoli verba adhibens, testimonium fidei inter persecutiones praebuit proximumque suum sic dilexit, ut vitam ipsam pro eo poneret, dum typho aegris in campo captivorum constipationis Dachaviae subveniebat.

Invictus Christi hic discipulus anno MCMXI in loco vulgo *Greifendorf* nuncupato in Moraviae regione, sed Germanicis incolis omnino frequentata, triduo post ortum ad baptismalem fontem ecclesiae paroecialis in honorem Sanctae Catharinae virginis et martyris dicatae regeneratus est. Familia eius gravi luctu ante tempus iactata est: anno MCMXVI enim, grassante primo mundiali bello, pater eius Ioannes, qui tunc militabat, ingruentem propter typhi contagionem vita excidit. Studiorum tempore, dum adhuc puer erat, Engelmarus desiderium sese Dei servitio consecrandi gloriaeque Eius et proximi bono, praesertim in missionibus, vacandi animadvertit. Libellis Missionariorum de Mariannhill fortuito lectis, ab huius Congregationis Superioribus expostulavit, ut in ea reciperetur, ac secundum tulit responsum.

Pagum petiit vulgo *Reimlingen* in Bavaria die XVIII mensis Aprilis anno MCMXXVIII apud Seminarium pro vocationibus adultorum ad lycei studia complenda. Proviso studiorum curriculo perfecto, in vicum Sancti Pauli prope urbem *Arcen* in Nederlandia missus est in domum Novitiatus, ubi die XXX mensis Aprilis anno MCMXXXIV annum probationis vestitione iniit, nomine Engelmari in religione sumpto. Die I mensis Maii anno MCMXXXV vota religiosa temporaria professus est ac dein Herbipolim migravit apud Seminarium Sancti Pii X ad studia philosophiae ac theologiae attendenda, quae die VI

mensis Augusti anno MCMXXXIX ordinatione presbyterali cumulavit et die XV eiusdem mensis primae Missae in urbe sua natali celebratione.

Aestate anni MCMXL sacerdotale ministerium in loco vulgo *Riedegg* in Austria septentrionali ei mandatum est et, post duos menses, Episcopo Linciensi dilucide expetente, Venerabilis Dei Servus parochus nominatus est in vico vulgo *Glöckelberg* in Bohemia, tunc temporis vero Germaniae adnexo ac Dioecesi Linciensi subiecto. Cum honeste simpliciterque opiniones suas patefecisset, catholicae doctrinae admodum enutritas, auctoritatum nazistarum oculos in se convertit. Ad sodales clandestinae praefecturae Germaniae delatus, die XXI mensis Aprilis anno MCMXLI eo crimine deprehensus est quod de Christi universali potestate praedicaverat summumque ducis Adolphi Hitler imperium infitiabatur. Praeterea, ad captiosum interrogatum responderat Hebraeos quoque omnibus aliis pares esse homines ac proinde iisdem iuribus officiisque instructos. Contra omnem exspectationem manifestae, eius innocentiae innisam, sex post hebdomadas carceris Linciae, reus existimatus est et ad campum captivorum constipationis Dachaviae damnatus.

Reverendus Pater Engelmarus captivitatem suam ea tranquillitate aequitateque animi adiit, quae ad homines vere pertinent Deo propinquos. Cum indole verecundus ac modestus esset, brevi omnibus cum sociis suis gratiam iunxit et quibusdam cum moderatoribus cohortium satellitorum ducis nonnumquam colloqui valuit. Exeunte anno MCMXLIV, ingentem atque effusum ob multorum captivorum ex Orientali Europa adventum foeda typhi pustulosi cum cutis efflorescentiis tabes in campum constipationis incessit. Magnus mortuorum numerus infirmorumque ministrorum defectus eos, qui campo praeerant, impulerunt, ut presbyteros captivos, quos illuc usque semper despexerant atque oppresserant, adirent, ab illis expetentes voluntarios, qui aegrotis contagione correptis assiderent. Consecutiones quae fieri poterant neglegens, certam scilicet tabem ac deinde mortem, Venerabilis Servus Dei seipsum obtulit, ut morbo laborantes curaret ultimamque religionis iisdem afferret consolationem. Sicuti autem praevideri poterat, paulo post ipse labe correptus est et die II mensis Martii anno MCMXLV spiritum Deo reddidit.

Corpus eius discrete valuit cremari eiusque colligi cineres, qui postea e campo captivorum constipationis fortunate evecti sunt ac die XXX mensis Martii anno MCMXLV Herbipoli in crypta Missionariorum de Mariannhill sepulti. Die XX mensis Novembris anno MCMLXVIII urna translata fuit intra moenia ecclesiae Sacratissimi Cordis Iesu eiusdem Congregationis in eadem urbe.

Constantem propter suam benignitatem ac sollicitudinem proximi necessitatum Engelmarus Unzeitig exinde uti «angelus Dachaviae», «Maximilianus Kolbe Germanorum» et «martyr caritatis in proximum» commemoratus est.

Perseverante atque augescente fama sanctitatis et martyrii Venerabilis Servi Dei, apud Curiam Episcopalem Herbipolensem a mense Iulio anni MCMXCI ad mensem Iunium anni MCMXCVI Inquisitio dioecesana celebrata est, cuius auctoritas et vis iuridica a Congregatione de Causis Sanctorum Decreto diei XI mensis Ianuarii anno MMII probatae sunt. Expletis iure statutis, die III mensis Iulii anno MMIX de licentia Decessoris Nostri Benedicti XVI Decretum super virtutibus heroicis promulgatum est atque exinde constitutum, ut martyrium assertum quoque inquireretur. *Positione* confecta, die III mensis Martii anno MMXV Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum prosperam censuit sententiam ac Patres Cardinales et Episcopi in Sessione Ordinaria die XIX mensis Ianuarii anno MMXVI habita agnoverunt mortem Venerabilis Servi Dei Engelmari Unzeitig verum fuisse martyrium. Quapropter, Nosmet Ipsi concessimus, ut Congregatio de Causis Sanctorum Decretum super martyrio promulgaret, atque statuimus proinde, ut ritus Beatificationis die XXIV mensis Septembris eodem anno Herbipoli perageretur.

Hodie igitur eadem in urbe de mandato Nostro Venerabilis Frater Noster Angelus S.R.E. Cardinalis Amato, S.D.B., Praefectus Congregationis de Causis Sanctorum, textum Litterarum Apostolicarum legit, quibus Nos Venerabilem Servum Dei Engelmarum (in saeculo: Hubertum) Unzeitig in Beatorum numerum adscribimus:

Nos, Vota Fratis nostri Friedhelmi Hofmann, Episcopi Herbipolensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in Episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus, ut Venerabilis Servus Dei Engelmarus Unzeitig (in saeculo: Hubertus), martyr, sacerdos professus Congregationis Missionariorum de Mariannhill, pastor invictus et caritatis heroicus testis, etiam in vinculis captivitatis, Beati nomine in posterum appelletur eiusque festum die secunda mensis Martii, qua in caelum ortus est, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Clarus hic martyr, vir sanctus qui amavit Christum in vita sua eumque imitatus est in morte coronam ideo triumphalem merens, in quo Deus crucis mysterium mirabiliter illustravit, ut, ex eiusdem sacrificio roborati, nosme-

tipsi Christo fideliter haerentes ad salutem omnium operaremur, sicuti fortis in eiusdem confessione vixit, ita et fidei nostrae praebeat firma incrementa virtutum et multiplici suffragio apud Dominum intercedat.

Quae autem his Litteris decrevimus, nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXIV mensis Septembris, anno Domini bismillesimo sexto decimo, Pontificatus Nostri quarto.

De mandato Summi Pontificis
PETRUS card. PAROLIN
Secretarius Status

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 345.116

III

Venerabili Servo Dei Iusto Takayama Ukon, martyri, Beatorum honores decernuntur.

FRANCISCUS PP.

Ad perpetuam rei memoriam. — «Iustus ut palma florebit» (*Ps* 91, 13). «In memoria aeterna erit iustus» (*Ps* 111,7).

Conversatio et martyrium Venerabilis Servi Dei Iusti Takayama Ukon his verbis in exsequiis Manilae celebratis efficta sunt. Qui navitatem missionariam Societatis Iesu in Iaponia perdiu sustinuit fidelisque in christianae fidei confessione constitit, ipsi nomini suo Iusto revera honorem detulit atque cardo evangelizationis illo tempore in patria factus est.

Circiter anno MDLII ortus est in urbe vulgo *Toyono-chō* intra fines praefecturae Osakensis post annum tertium quam sanctus Franciscus Xavier, missionarius Societatis Iesu, fidem christianam in Iaponiam attulerat. Familia eius superioris ordinis erat illius vulgo *daimyò* seu feudi dominorum, qui in sociali Iaponiae mediae aetatis et primi aevi moderni ratione gubernium exercebant post *shogun,* supremum scilicet exercitus ducem; latifundia possidebant iisdemque facultas concedebatur arma induendi. Familia Takayama missionariorum christianorum adventum libenter accepit eosque sustentavit in apostolica perficienda opera atque sub suo habuit patrocinio. Duodecim annos natus, Servus Dei christifidelis factus est et ad fontem regenerationis ductus nomen sumpsit Iusti. Deinde in feudo suo admodum indulsit, ut fidem subditi ipsi amplecterentur, ex quorum numero sanctus Paulus Miki fulsit.

Anno autem MDLXXXVII Imperii Procurator Toyotomi Hideyoshi persecutionem contra christianam fidem incohavit et, missionariis e Iaponia pulsis, christifidelibus Iaponicis ipsis sollicite suasit, ut adventiciam religionem desererent. Eorum multi eiurarunt, sed Takayama ac pater eius Darius decora ac bona amittere maluerunt et in urbem vulgo *Kanazawa* relegari, dummodo Christi fideliter tenerent Evangelium. Insequentibus annis revera Servus Dei sub optimatium amicorum tutelam vixit et in opere Evangelii nuntiandi valuit perseverare. Anno MDXCVII autem, adiunctis admodum saevientibus, sex et viginti catholici tum Iaponienses tum advenae cruci affixi crudeliter mactati sunt. Sed ne lugenda in illa quidem immanitate et certo in discri-

mine vitae Takayama a fide deficere renuit. Cum gubernium sedem in urbe vulgo *Edo* habens anno MDCXIV Christi fidem omnino e Iaponia depellere statuit, Servus Dei primum Nagasakium deportatus est ac dein in exsilium abiit. Trecentorum catholicorum secum ad insulas Philippinas duxit gregem, qui mense Decembri portum suum cepit et Manilae constitit, ubi summis honoribus ipse a sodalibus Societatis Iesu ex Hispania acceptus est, quorum rex extemplo nobili catholico propositum exprompsit supremum exercitus Iaponiae ducem evertendi, quod autem Servus Dei omnino recusavit.

His in tempestatibus Takayama contumelias vexationesque et exsilium passus erat, numquam autem doctrinam suam consciamque Christo adhaesionem prodidit atque, exemplum sectans Martyris Golgotha, paupertatem et a vita sociali exclusionem anteposuit. Post secundum mensem, die III mensis Februarii anno MDCXV, extenuatus viribus, in Domino quievit. Mors autem eius exitus proximus fuit laborum, inopiae, odii ac violentiae, quam persecutores Christi fidei palam infensi eidem in patria irrogaverant. Servus Dei nihilominus iter martyrii parum paratus haud consummavit, cum vir esset ardentis spiritualitatis, humilis ac fidelis, sedulus caritateque refertus. Sepultus est Manilae, ubi adhuc eminet simulacrum eius augustum. Philippinis incolis enim quasi novus evangelizator fuit, innocens advena inique vexatus, qui e longinquo ad corroborandos venit fratres. Vita eius exemplum est summae fidelitatis vocationi christianae, in qua ipse contemptis omnibus difficultatibus perseveravit.

Paulo post Servi Dei mortem, Archiepiscopus Manilensis coepit documenta colligere ad introducendam Causam beatificationis, sed processus differri oportuit, cum nulla in Iaponia illo tempore esset facultas investigationes agendi. Anno MCMXXX Episcopi Iaponiae consilium inierunt incepta fovendi ad virtutes pervulgandas, quas Iustus Takayama Ukon heroico modo coluerat. Mense Aprili anno MCMXL, competentia Causae ab archidioecesi Manilensi ad dioecesim Osakensem translata est. Exinde Sacra Congregatio Rituum die XXIV mensis Aprilis anno MCMLXIV introductionem approbavit Causae et anno MCMLXXII Processus Ordinarius celebratus est. Sessio Plenaria Conferentiae Episcoporum Catholicorum Iaponiae mense Iunio anno MCMXC habita ex omnium consensu postulavit, ut status Venerabilis Servi Dei in Causa a confessore in martyrem commutaretur. Die VIII mensis Iunii anno MCMXCIV Congregatio de Causis Sanctorum *nihil obstat* concessit et biduo post licentiam Causae Venerabilis Servi Dei Iusti Takayama Ukon ab illa Petri Kibe et CLXXXVII sociorum martyrum in Iaponia disiungendae.

Servatis iure statutis et *Positione* confecta, die II mensis Decembris anno MMXIV Congressus Peculiaris Consultorum Historicorum factus est et, die XVI mensis Iunii anno MCMXV, Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum, qui eandem prosperam censuerunt sententiam quoad Venerabilis Servi Dei martyrium. Patres Cardinales et Episcopi in Sessione Ordinaria die XIX mensis Ianuarii anno MMXVI habita agnoverunt Venerabilem Servum Dei Iustum Takayama Ukon ob fidelitatem erga Christum et Ecclesiam mortuum esse.

Nosmet Ipsi die XXI mensis Ianuarii anno MMXVI concessimus, ut Congregatio de Causis Sanctorum Decretum super martyrio promulgaret, atque statuimus proinde, ut ritus Beatificationis die VII mensis Februarii anno MMXVII Osakae in Iaponia peragaretur.

Hodie igitur eadem in urbe de mandato Nostro Venerabilis Frater Noster Angelus S.R.E. Cardinalis Amato, S.D.B., Praefectus Congregationis de Causis Sanctorum, textum Litterarum Apostolicarum legit, quibus Nos Venerabilem Servum Dei Iustum Takayama Ukon in Beatorum numerum adscribimus:

Nos, vota Fratris Nostri Petri Takeo Okada, Archiepiscopi Metropolitae Tokiensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in Episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus, ut Venerabilis Servus Dei Iustus Takayama Ukon, laicus, paterfamilias et martyr, qui, Evangelio laetanter accepto, omnem humanum honorem recusans, armaturam Domini induit eiusque Regni heroicus testis factus est, Beati nomine in posterum appelletur eiusque festum die tertia mensis Februarii, qua in caelum ortus est, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Quae autem his Litteris decrevimus, nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VII mensis Februarii, anno Domini bismillesimo decimo septimo, Pontificàtus Nostri quarto.

De mandato Summi Pontificis
PETRUS card. PAROLIN
Secretarius Status

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 370.799

ALLOCUTIONES

I

Ad participes LXVIII Hebdomadae Liturgicae Nationalis.*

Cari fratelli e sorelle, buongiorno.

Do il benvenuto a tutti voi e ringrazio il Presidente, Sua Eccellenza Mons. Claudio Maniago, per le parole con cui ha presentato questa Settimana Liturgica Nazionale, a 70 anni dalla nascita del Centro di Azione Liturgica.

Questo arco di tempo è un periodo in cui, nella storia della Chiesa e, in particolare, nella storia della liturgia, sono accaduti eventi sostanziali e non superficiali. Come non si potrà dimenticare il Concilio Vaticano II, così sarà ricordata la riforma liturgica che ne è sgorgata.

Sono due eventi direttamente legati, il Concilio e la riforma, non fioriti improvvisamente ma a lungo preparati. Lo testimonia quello che fu chiamato movimento liturgico, e le risposte date dai Sommi Pontefici ai disagi percepiti nella preghiera ecclesiale; quando si avverte un bisogno, anche se non è immediata la soluzione, c'è la necessità di mettersi in moto.

Penso a san Pio X che dispose un riordino della musica sacra[1] e il ripristino celebrativo della domenica,[2] ed istituì una commissione per la riforma generale della liturgia, consapevole che ciò avrebbe comportato « un lavoro tanto grande quanto diuturno; e perciò – come egli stesso riconosceva – è necessario che passino molti anni, prima che questo, per così dire, *edificio* liturgico [...] riappaia di nuovo splendente nella sua dignità e armonia, una volta che sia stato come ripulito dallo squallore dell'invecchiamento ».[3]

Il progetto riformatore fu ripreso da Pio XII con l'Enciclica *Mediator Dei*[4] e l'istituzione di una commissione di studio;[5] anch'egli prese decisioni concrete circa la versione del Salterio,[6] l'attenuazione del digiuno eucaristico, l'uso della lingua viva nel Rituale, l'importante riforma della Veglia

* Die 24 Augusti 2017.

[1] Cfr Motu proprio *Tra le sollecitudini*, 22 novembre 1903: ASS 36 (1904), 329-339.

[2] Cfr Cost. ap. *Divino afflatu*, 11 novembre 1911: AAS 3 (1911), 633-638.

[3] Motu proprio *Abhinc duos annos*, 23 ottobre 1913: AAS 5 (1913) 449-450.

[4] 20 novembre 1947: AAS 39 (1947) 521-600.

[5] Cfr Sacrae Congr. Rituum, Sectio historica, 71, "Memoria sulla riforma liturgica" (1946).

[6] Cfr Pii XII, Motu proprio *In cotidianis precibus*, 24 marzo 1945: AAS 37 (1945) 65-67.

Pasquale e della Settimana Santa.[7] Da questo impulso, sull'esempio di altre Nazioni, sorse in Italia il Centro di Azione Liturgica, guidato da Vescovi solleciti del popolo loro affidato e animato da studiosi che amavano la Chiesa oltre che la pastorale liturgica.

Il Concilio Vaticano II fece poi maturare, come buon frutto dall'albero della Chiesa, la Costituzione sulla sacra liturgia *Sacrosanctum Concilium* (*SC*), le cui linee di riforma generale rispondevano a bisogni reali e alla concreta speranza di un rinnovamento: si desiderava una liturgia viva per una Chiesa tutta vivificata dai misteri celebrati. Si trattava di esprimere in maniera rinnovata la perenne vitalità della Chiesa in preghiera, avendo premura «affinché i fedeli non assistano come estranei e muti spettatori a questo mistero di fede, ma, comprendendolo bene per mezzo dei riti e delle preghiere, partecipino all'azione sacra consapevolmente, piamente, attivamente» (*SC*, 48). Lo ricordava il Beato Paolo VI nello spiegare i primi passi della riforma annunciata: «È bene che si avverta come sia proprio l'autorità della Chiesa a volere, a promuovere, ad accendere questa nuova maniera di pregare, dando così maggiore incremento alla sua missione spirituale [...]; e noi non dobbiamo esitare a farci dapprima discepoli e poi sostenitori della scuola di preghiera, che sta per cominciare».[8]

La direzione tracciata dal Concilio trovò forma, secondo il principio del rispetto della sana tradizione e del legittimo progresso (cfr *SC*, 23),[9] nei libri liturgici promulgati dal Beato Paolo VI, ben accolti dagli stessi Vescovi che furono presenti al Concilio, e ormai da quasi 50 anni universalmente in uso nel Rito Romano. L'applicazione pratica, guidata dalle Conferenze Episcopali per i rispettivi Paesi, è ancora in atto, poiché non basta riformare i libri liturgici per rinnovare la mentalità. I libri riformati a norma dei decreti del Vaticano II hanno innestato un processo che richiede tempo, ricezione fedele, obbedienza pratica, sapiente attuazione celebrativa da parte, prima, dei ministri ordinati, ma anche degli altri ministri, dei cantori e di tutti

[7] Cfr Sacrae Congr. Rituum, Decretum *Dominicae Resurrectionis*, 9 febbraio 1951: AAS 43 (1951) 128-129; Id., Decretum *Maxima Redemptionis*, 16 novembre 1955: AAS 47 (1955) 838-841.

[8] Udienza generale del 13 gennaio 1965.

[9] «La riforma dei riti e dei libri liturgici fu intrapresa quasi immediatamente dopo la promulgazione della costituzione *Sacrosanctum Concilium* e fu attuata in pochi anni grazie al considerevole e disinteressato lavoro di un grande numero di esperti e di pastori di tutte le parti del mondo (cfr *Sacrosanctum Concilium*, 25). Questo lavoro è stato fatto sotto la guida del principio conciliare: fedeltà alla Tradizione e apertura al legittimo progresso (cfr *ibid.*, 23); perciò si può dire che la riforma liturgica è strettamente tradizionale "ad normam Sanctorum Patrum" (cfr ibid., 50; *Institutio generalis Missalis Romani, Prooemium*, 6)» (Giovanni Paolo II, Lett. ap. *Vicesimus quintus annus*, 4).

coloro che partecipano alla liturgia. In verità, lo sappiamo, l'educazione liturgica di Pastori e fedeli è una sfida da affrontare sempre di nuovo. Lo stesso Paolo VI, un anno prima della morte, diceva ai Cardinali riuniti in Concistoro: «È venuto il momento, ora, di lasciar cadere definitivamente i fermenti disgregatori, ugualmente perniciosi nell'un senso e nell'altro, e di applicare integralmente nei suoi giusti criteri ispiratori, la riforma da Noi approvata in applicazione ai voti del Concilio».[10]

E oggi c'è ancora da lavorare in questa direzione, in particolare riscoprendo i motivi delle decisioni compiute con la riforma liturgica, superando letture infondate e superficiali, ricezioni parziali e prassi che la sfigurano. Non si tratta di ripensare la riforma rivedendone le scelte, quanto di conoscerne meglio le ragioni sottese, anche tramite la documentazione storica, come di interiorizzarne i principi ispiratori e di osservare la disciplina che la regola. Dopo questo magistero, dopo questo lungo cammino possiamo affermare con sicurezza e con autorità magisteriale che la riforma liturgica è irreversibile. Il compito di promuovere e custodire la liturgia è affidato dal diritto alla Sede Apostolica e ai Vescovi diocesani, sulla cui responsabilità e autorità conto molto nel momento presente; sono coinvolti anche gli organismi nazionali e diocesani di pastorale liturgica, gli Istituti di formazione e i Seminari. In questo ambito formativo si è distinto, in Italia, il Centro di Azione Liturgica con le sue iniziative, tra cui l'annuale Settimana Liturgica.

Dopo aver ripercorso con la memoria questo cammino, vorrei adesso toccare alcuni aspetti alla luce del tema su cui avete riflettuto in questi giorni, cioè: "Una Liturgia viva per una Chiesa viva".

[10] «Un punto particolare della vita della Chiesa attira oggi di nuovo l'attenzione del Papa: i frutti indiscutibilmente benefici della riforma liturgica. Dalla promulgazione della Costituzione conciliare *Sacrosanctum Concilium* è avvenuto un grande progresso, che risponde alle premesse poste dal movimento liturgico dello scorcio finale del sec. XIX, e ne ha adempiute le aspirazioni profonde, per cui tanti uomini di Chiesa e studiosi hanno lavorato e pregato. Il nuovo Rito della Messa, da noi promulgato dopo lunga e responsabile preparazione degli organi competenti, e nel quale sono stati introdotti, accanto al Canone Romano, rimasto sostanzialmente immutato, altre eulogie eucaristiche, ha portato frutti benedetti: maggiore partecipazione all'azione liturgica; più viva consapevolezza dell'azione sacra; maggiore e più ampia conoscenza dei tesori inesauribili della Sacra Scrittura; incremento del senso comunitario nella Chiesa. Il corso di questi anni dimostra che siamo nella via giusta. Ma vi sono stati, purtroppo - pur nella grandissima maggioranza delle forze sane e buone del clero e dei fedeli - abusi e libertà nell'applicazione. È venuto il momento, ora, di lasciar cadere definitivamente i fermenti disgregatori, ugualmente perniciosi nell'un senso e nell'altro, e di applicare integralmente nei suoi giusti criteri ispiratori, la riforma da Noi approvata in applicazione ai voti del Concilio» (Alloc. *Gratias ex animo*, 27 giugno 1977: Insegnamenti di Paolo VI, XV [1977], 655-656, in italiano 662-663).

- La liturgia è "viva" in ragione della presenza viva di Colui che « morendo ha distrutto la morte e risorgendo ha ridato a noi la vita » (Prefazio pasquale I). Senza la presenza reale del mistero di Cristo, non vi è nessuna vitalità liturgica. Come senza battito cardiaco non c'è vita umana, così senza il cuore pulsante di Cristo non esiste azione liturgica. Ciò che definisce la liturgia è infatti l'attuazione, nei santi segni, del sacerdozio di Gesù Cristo, ossia l'offerta della sua vita fino a stendere le braccia sulla croce, sacerdozio reso presente in modo costante attraverso i riti e le preghiere, massimamente nel suo Corpo e Sangue, ma anche nella persona del sacerdote, nella proclamazione della Parola di Dio, nell'assemblea radunata in preghiera nel suo nome (cfr *SC*, 7). Tra i segni visibili dell'invisibile Mistero vi è l'altare, segno di Cristo pietra viva, scartata dagli uomini ma divenuta pietra d'angolo dell'edificio spirituale in cui viene offerto al Dio vivente il culto in spirito e verità (cfr *1 Pt* 2, 4; *Ef* 2, 20). Perciò l'altare, centro verso cui nelle nostre chiese converge l'attenzione,[11] viene dedicato, unto con il crisma, incensato, baciato, venerato: verso l'altare si orienta lo sguardo degli oranti, sacerdote e fedeli, convocati per la santa assemblea intorno ad esso;[12] sopra l'altare viene posta l'offerta della Chiesa che lo Spirito consacra sacramento del sacrificio di Cristo; dall'altare ci sono elargiti il pane della vita e il calice della salvezza « perché diventiamo in Cristo un solo corpo e un solo spirito » (Preghiera eucaristica III).

- La liturgia è vita per l'intero popolo della Chiesa.[13] Per sua natura la liturgia è infatti "popolare" e non clericale, essendo – come insegna l'etimologia – un'azione *per* il popolo, ma anche *del* popolo. Come ricordano tante preghiere liturgiche, è l'azione che Dio stesso compie in favore del suo popolo, ma anche l'azione del popolo che ascolta Dio che parla e reagisce lodandolo, invocandolo, accogliendo l'inesauribile sorgente di vita e di misericordia che fluisce dai santi segni. La Chiesa in preghiera raccoglie tutti coloro che hanno il cuore in ascolto del Vangelo, senza scartare nessuno: sono convocati piccoli e grandi, ricchi e poveri, fanciulli e anziani, sani e malati, giusti e peccatori. Ad immagine della "moltitudine immensa" che

[11] Cfr *Ordinamento generale del Messale Romano*, n. 299; Rito della dedicazione di un altare, *Premesse*, nn. 155, 159.

[12] « Intorno a quest'altare ci nutriamo del corpo e sangue del tuo Figlio per formare la tua Chiesa una e santa » (Rito della dedicazione di un altare, n. 213, Prefazio).

[13] « Le azioni liturgiche non sono azioni private ma celebrazioni della Chiesa, che è "sacramento dell'unità", cioè popolo santo radunato e ordinato sotto la guida dei Vescovi. Perciò appartengono all'intero corpo della Chiesa, lo manifestano e lo implicano » (*SC*, 23).

celebra la liturgia nel santuario del cielo (cfr *Ap* 7, 9), l'assemblea liturgica supera, in Cristo, ogni confine di età, razza, lingua e nazione. La portata "popolare" della liturgia ci ricorda che essa è inclusiva e non esclusiva, fautrice di comunione con tutti senza tuttavia omologare, poiché chiama ciascuno, con la sua vocazione e originalità, a contribuire nell'edificare il corpo di Cristo: « L'Eucaristia non è un sacramento "per me", è il sacramento di molti che formano un solo corpo, il santo popolo fedele di Dio ».[14] Non dobbiamo dimenticare, dunque, che è anzittutto la liturgia ad esprimere la *pietas* di tutto il popolo di Dio, prolungata poi da pii esercizi e devozioni che conosciamo con il nome di pietà popolare, da valorizzare e incoraggiare in armonia con la liturgia.[15]

- La liturgia è vita e non un'idea da capire. Porta infatti a vivere un'esperienza iniziatica, ossia trasformativa del modo di pensare e di comportarsi, e non ad arricchire il proprio bagaglio di idee su Dio. Il culto liturgico « non è anzitutto una dottrina da comprendere, o un rito da compiere; è naturalmente anche questo ma in un'altra maniera, è essenzialmente diverso: è una sorgente di vita e di luce per il nostro cammino di fede ».[16] Le riflessioni spirituali sono una cosa diversa dalla liturgia, la quale « è proprio entrare nel mistero di Dio; lasciarsi portare al mistero ed essere nel mistero ».[17] C'è una bella differenza tra dire che esiste Dio e sentire che Dio ci ama, così come siamo, adesso e qui. Nella preghiera liturgica sperimentiamo la comunione significata non da un pensiero astratto ma da un'azione che ha per agenti Dio e noi, Cristo e la Chiesa.[18] I riti e le preghiere (cfr *SC*, 48), per quello che sono e non per le spiegazioni che ne diamo, diventano pertanto una scuola di vita cristiana, aperta a quanti hanno orecchi, occhi e cuore dischiusi ad apprendere la vocazione e la missione dei discepoli

[14] Omelia nella solennità del SS.mo Corpo e Sangue di Cristo, 18 giugno 2017: L'Osservatore Romano, 19-20 giugno 2017, pag. 8.

[15] Cfr *SC*, 13; Esort. ap. *Evangelii gaudium*, 24 novembre 2013, 122-126: AAS 105 (2013), 1071-1073.

[16] Omelia nella S. Messa della III Domenica di Quaresima, Parrocchia romana di Ognissanti, 7 marzo 2015.

[17] Omelia nella Messa a S. Marta, 10 febbraio 2014.

[18] « Ecco perché ci fa tanto bene il memoriale eucaristico: non è una memoria astratta, fredda, nozionistica, ma la memoria vivente e consolante dell'amore di Dio. [...] Nell'Eucaristia c'è tutto il gusto delle parole e dei gesti di Gesù, il sapore della sua Pasqua, la fragranza del suo Spirito. Ricevendola, si imprime nel nostro cuore la certezza di essere amati da Lui » (Omelia nella solennità del SS.mo Corpo e Sangue di Cristo, 18 giugno 2017: L'Osservatore Romano, 19-20 giugno 2017, pag. 8).

di Gesù. Ciò è in linea con la catechesi mistagogica praticata dai Padri, ripresa anche dal *Catechismo della Chiesa Cattolica* che tratta della liturgia, dell'Eucaristia e degli altri Sacramenti alla luce dei testi e dei riti degli odierni libri liturgici.

La Chiesa è davvero viva se, formando un solo essere vivente con Cristo, è portatrice di vita, è materna, è missionaria, esce incontro al prossimo, sollecita di servire senza inseguire poteri mondani che la rendono sterile. Perciò, celebrando i santi misteri ricorda Maria, la Vergine del *Magnificat*, contemplando in lei «come in un'immagine purissima, ciò che essa tutta desidera e spera di essere» (*SC*, 103).

Infine, non possiamo dimenticare che la ricchezza della Chiesa in preghiera in quanto "cattolica" va oltre il Rito Romano, che, pur essendo il più esteso, non è il solo. L'armonia delle tradizioni rituali, d'Oriente e d'Occidente, per il soffio del medesimo Spirito dà voce all'unica Chiesa orante per Cristo, con Cristo e in Cristo, a gloria del Padre e per la salvezza del mondo.

Cari fratelli e sorelle, vi ringrazio per la vostra visita e incoraggio i responsabili del Centro di Azione Liturgica a proseguire tenendo fede all'ispirazione originale, quella di servire la preghiera del popolo santo di Dio. Infatti, il Centro di Azione Liturgica si è sempre distinto per la cura prestata alla pastorale liturgica, nella fedeltà alle indicazioni della Sede Apostolica come dei Vescovi e godendo del loro supporto. La lunga esperienza delle Settimane Liturgiche, tenutesi in numerose diocesi d'Italia, insieme alla rivista "Liturgia", ha aiutato a calare il rinnovamento liturgico nella vita delle parrocchie, dei seminari e delle comunità religiose. La fatica non è mancata, ma neppure la gioia! È ancora questo l'impegno che vi chiedo oggi: aiutare i ministri ordinati, come gli altri ministri, i cantori, gli artisti, i musicisti, a cooperare affinché la liturgia sia "fonte e culmine della vitalità della Chiesa" (cfr *SC*, 10). Vi chiedo per favore di pregare per me e vi imparto di cuore la Benedizione Apostolica.

II

Ad delegatos Conferentiae Rabbinorum Europaeorum, Consilii Rabbinorum Americae et Commissionis Magni Coetus Rabbinorum Israëlis.*

Dear Brothers and Sisters,

I offer a cordial welcome to all of you, and in a special way to the representatives of the Conference of European Rabbis, the Rabbinical Council of America, and the Commission of the Chief Rabbinate of Israel in dialogue with the Holy See's Commission for Religious Relations with the Jews. I thank Rabbi Pinchas Goldschmidt for his kind greeting in your name.

In our shared journey, by the graciousness of the Most High, we are presently experiencing a fruitful moment of dialogue. This is reflected in the Statement *Between Jerusalem and Rome* which you have issued and which you present to me today. This document pays particular tribute to the Second Vatican Council's Declaration *Nostra Aetate*, whose fourth chapter represents the "Magna Charta" of our dialogue with the Jewish world. Indeed, the ongoing implementation of the Council's Declaration has enabled our relations to become increasingly friendly and fraternal. *Nostra Aetate* noted that the origins of the Christian faith are to be found, in accordance with the divine mystery of salvation, in the Patriarchs, in Moses and in the Prophets. It also stated that, given the great spiritual heritage we hold in common, every effort must be made to foster reciprocal knowledge and respect, above all through biblical studies and fraternal discussions.[1] Consequently, in recent decades, we have been able to draw closer to one another and to engage in an effective and fruitful dialogue. We have grown in mutual understanding and deepened our bonds of friendship.

The Statement *Between Jerusalem and Rome* does not hide, however, the theological differences that exist between our faith traditions. All the same, it expresses a firm resolve to collaborate more closely, now and in the future. Your document is addressed to Catholics, speaking of them as "partners, close allies, friends and brothers in our mutual quest for a better world blessed with peace, social justice and security". It goes on to say that "despite profound theological differences, Catholics and Jews share common

* Die 31 Augusti 2017.
[1] Cf. No. 4

beliefs" and also "the affirmation that religions must use moral behavior and religious education - not war, coercion or social pressure – to influence and inspire". This is most important: may the Eternal One bless and enlighten our cooperation, so that together we can accept and carry out ever better his plans, "plans for welfare and not for evil", for "a future and a hope".[2]

On the occasion of your welcome visit, I would like to express to you and to your communities beforehand my best wishes for the Jewish New Year which will begin in a few weeks. *Shanah tovah!* Once more I thank you for coming and I ask you to remember me in your prayers. Finally, I would invoke upon you, and upon all of us, the blessing of the Most High for the shared journey of friendship and trust that lies before us. In his mercy, may the Almighty bestow his peace upon us and upon the entire world. *Shalom alechem!*

[2] Jer 29:11

NUNTII

I

Occasione data Diei Mundialis Migrantis et Profugi 2018.

Accogliere, proteggere, promuovere e integrare i migranti e i rifugiati

Cari fratelli e sorelle!

sis Novembris anno 2002 ab hac Congregatione de Causis Sanctorum sunt approbati. Exarata *Positione,* secundum normas disceptatum est an Servus Dei virtutes heroum in modum exercuisset. Positivo cum exitu, die 9 mensis Martii anno 2010 Peculiaris Congressus Theologorum auctus est et die 30 mensis Iunii anno 2015 Ordinaria in Sessione Patres Cardinales et Episcopi se congregaverunt, me Angelo Cardinale Amato praesidente.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, iisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Andreae Szeptyckyj (in saeculo: Romani Alexandri Mariae), Archiepiscopi Maioris Leopolitani Ucrainorum Metropolitae Haliciensis, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 16 mensis Iulii a.D. 2015.

Angelus Card. Amato, S.D.B.
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Marcellus Bartolucci
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

GRANATENSIS

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Mariae Aemiliae Riquelme Zayas Fundatricis Instituti Missionariarum a Ss.mo Sacramento et a Beata Maria Virgine Immaculata (1847-1940)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Sitivit anima mea ad Deum, Deum vivum» (*Ps* 42, 3).

Inquisitio Domini et eiusdem voluntatis universam vitam Servae Dei Mariae Aemiliae Riquelme Zayas denotat: ipsa enim ab aurora iuventutis Christi esse omnino voluit, eundem in Sponsum eligens amoremque mundi cum eo participans.

Serva Dei, die 5 mensis Augusti anno 1847, Granatae nata est et duas post dies sacro fonte salutis lustrata. In infantia Serva Dei a quibusdam domesticis luctibus doluit: enim duo fraterculi tenerioribus in annis ante tempus mortui sunt materque sua autem saevissima epidemia anni 1855 mortali e vita migravit. Puella praeclarum Hispalense collegium frequentavit. Hic duodecimum annum aetatis agens, votum virginitatis secreto emisit. Cum quintum decimum autem annum aetatis ageret suo a patre, in militari cursu occupato, domesticis ministeriis deputata est. Quamvis Domino se consecrari in quodam oppidi instituto cuperet, Maria Aemilia una cum patre usque ad eiusdem mortem anno 1885 eventam commorari maluit.

Serva Dei viam suam exquisivit et ut novam Congregationem fundaret Dominum eam vocavisse comperit. Hac re, convenienti tempore orationis ac animadversionis interposito, anno 1896 Granatae Institutum Missionariarum a Ss.mo Sacramento et a Beata Maria Virgine Immaculata fundavit. Ob iuvenis religiosae familiae incrementum novam domum erigere necesse fuit.

Illis annis, quibusdam difficultatibus etiam oeconomicis communitas pressa est, sed praecipue gratuita calumniarum divulgatio contra Fundatricem cor eius vulneravit. Civiles ecclesiasticaeque inquisitiones et inspectiones Servam Dei omnino excusaverunt et absolutam eiusdem innocentiam demonstraverunt, et, licet ea omnia ferre didicisset omni studio enisa est ut sorores ullo modo paterentur incommoda. Auctor calumniarum, scitu dignum, dies suas extremas amentium in valetudinario detrivit.

Cum Maria Aemilia Romam, ut Constitutiones Novae Congregationis a Sancta Sede approbarentur, iter faceret, graviter aegrotavit et quattuor per

annos et dimidium in Italia commorari debuit, tamen epistolarum consuetudinem suis cum sororibus in patria coluit. Valetudinis causa et ob improbationes a quadam Sorore excitatas, Serva Dei cum in Hispaniam rediret a suo munere remota est. Maria Aemilia tamen et haec patienter toleravit et novae Antistitae Generali operam generose navavit.

Eius vitae consuetudo virtute ornata, verus amor in Iesum Eucharisticum, vehemens adflatus missionarius Servae Dei spiritualitatem constituunt et eius naturam alacrem coronant. Cotidiana in vita suam industriosam navitatem profundae experientiae orationis et humili acceptationi morbi, qui magnam eius existentiae partem afflixit, mirabiliter conciliavit. Voluntatem Dei explere voluit et in ea fundamentum vocationis suae invenit. Praeterea, cum dives esset, Divinae Providentiae propositum agendi in ambitu paupertatis et diversorum generum difficultatum sollertia ac navitate ac singulari ardore assumpsit.

Eius vitae exemplum constanti perfectionis inquisitione praestat et multis in vitae casibus ipsa valide ostendit. Spiritus orationis et sacrificii, zelus apostolicus, humilitas, austeritas, integritas, exemplaritas, teneritas in amore erga Deum, strenuum solidamen et caritas erga proximos, haec omnia tractum, verba et consuetudo Matris Mariae Aemiliae constituunt. Praesertim amor in Eucharistiam et in Sanctam Virginem eius spiritualitatis fundamenta inconcussa fuerunt. Suae vitae crucem anteposuit, quam, summa animi acceptatione, integre et sua sponte etiam in adversis sustinuit.

Terribilius autem discrimen agitaturum erat. Enim inter annum 1936 et annum 1939 Hispania civili bello omnino cruentata est ac fere singulae civitates et Ecclesia, omni in ordine sociali, immanibus damnis violatae et corruptae sunt. Sorores in Lusitaniam, in Galliam et in Italiam confugere debuerunt. Tantum post aliquo tempore Pampelone se receperunt et deinde redierunt Granatam.

Post has terribiles res, Serva Dei aetate et morbis afflicta, die 10 mensis Decembris anno 1940 pie morti occubuit.

Fama sanctitatis a die 11 mensis Maii anno 1983 ad diem 28 mensis Aprilis anno 1991 iuxta Curiam ecclesiasticam Granatensem Inquisitio dioecesana celebrata est, cuius iuridica validitas ab hac Congregatione de Causis Sanctorum, per Decretum diei 14 mensis Martii anno 1992, est approbata. Exarata *Positione* disceptatum est an Serva Dei virtutes heroum in gradum excoluisset. Positivo cum exitu die 18 mensis Maii anno 2007 Peculiaris

Consultorum Theologorum Congressus habitus est. Patres Cardinales et Episcopi Ordinaria Sessione diei 1 mensis Decembris anno 2015 congregati, me Angelo Cardinale Amato praesidente, Servam Dei virtutes theologales, cardinales et adnexas heroicum in modum excoluisse agnoverunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, iisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Mariae Aemiliae Riquelme Zayas, Fundatricis Instituti Missionariarum a Ss.mo Sacramento et a Beata Maria Virgine Immaculata, in casu et ad effectum de quo agitur*.

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 14 mensis Decembris a.D. 2015.

Angelus Card. Amato, S.D.B.
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Marcellus Bartolucci
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

BONONIENSIS

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Venantii Mariae Quadri Religiosi Professi Ordinis Servorum Mariae (1916-1937)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«In fine autem omnes unanimes, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, [...] quia in hoc vocati estis, ut benedictionem hereditate possideatis» (*1Pt* 3, 8-9).

Servus Dei Venantius Maria Quadri libenter hanc petrinam exortationem accepit et testatus est, voluntatem Domini et amorem fraternum quaerens.

Servus Dei, quintus et ultimus familiae suae filiorum, natus est die 9 mensis Decembris anni 1916 in loco vulgo dicto *Cova Vecchia di Vado di Setta* pagi *Monzuno*, sub dicione et archidioecesi Bononiensi eodem die baptismum recepit, in quo ei nomen Antonii impositum est. Eius familia, humilis condicionis, industria et laboribus matris, Piae Castelli, fide christiana ferventis et familiae fundamenti, ac patris Iosephi, vestifici, sustinebatur. Puerulus Antonius alacer et agilis, quamvis corpore non robusto praeditus, crescebat. Inde a pueritia duo in eo perspicua videbantur, quae brevem eius vitam conformarunt: multa inter aequales gratiae valetudo et in pauperes magna sollicitudo.

Die 16 Septembris 1926 occursus cum nonnullis discipulis seminarii minoris Ordinis Servorum Mariae in pago *Ronzano* dictionis Bononiensis ei occasionem praebuit ut patefaceret desiderium Domino propriam vitam dicandi. Insequenti anno mater eum ad praedictum seminarium duxit. Dei Servus epistularem consuetudinem cum familia habebat et semel in anno ad eam redibat visendam una cum Patre Magistro seminarii. Quattuor annos in seminario degit, elementariae institutionis quinti anni et gymnasii trium annorum cursibus studiorum incumbens. Inter fratres educationi addictos Servus Dei Bernardinus Maria Piccinelli eminebat, qui ex selectis discipulis, inter quos fuit puer Antonius, "secretam", ut ita dicatur, instituit consociationem, cui praecipuum munus commisit Deum exorandi pro conversione peccatorum et praesertim pro conversione Russiae.

Anno 1931 Regium Lepidi missus, postquam ibi gymnasialem cursum studiorum complevit, die 28 Augusti 1932 novitiatum incepit, nomen sumens Venantium, quia - ut aiebat - "venator", animarum nempe, fieri intendebat. Expleto anno canonico novitiatus, vota religiosa simplicia emisit, quibus,

permissu Patris Magistri obtento, oblationem sui addidit in "victimam misericordis amoris", exemplo motus Sanctae Teresiae a Iesu Infante. Magister eum monuit huiusmodi oblationem secum conferre posse non parvas aegritudines et etiam immaturam mortem. Frater Venantius mira animi alacritate consensit.

Anno 1933 Bononiae per duos annos philosophiae, dein Romae theologiae studio per quattuor annos incubuit. Romae ei socius fuit Servus Dei Frater Andreas M. Cecchin.

Fratris Venantii oculi claritate et laetitia semper fulgebant, at simul quadam levi maestitia. Humilis staturae erat. Indolem suam fortem et ardentem assiduo virtutum exercitio mansuefecit sese potius docilem, tranquillum, dulcem, quasi timidum ostendens. Talis animi humanitas erat ut etiam ob minimam causam erubesceret, unde non raro salibus erat obnoxius, quos aequo animo tolerabat.

Laeto et sereno vultu tranquillitatem circum ubique ferebat et reverentiam ac venerationem sibi, confratrum quoque natu maiorum, excitabat. Unus ex praecipuis Ordinis Servorum Mariae modis vivendi, vera scilicet fraternitas, pars vitae eius erat, quam modo prorsus proprio fovebat, id est magna urbanitate et suavitate erga confratres. Testimonia cuncta consentiunt de eius simplici et benevola natura, qua facile iuxta adesse poterat iis etiam taciturnae vel acris indolis. Fiduciam in Deum excitabat in confratribus, praesertim in iis qui difficultatibus, perturbationibus, sollecitudinibus urgebantur.

Habitus eius orandi expromebat intimam commotionem et devotionem. Continue Dominum sibi praesentem sentiebat. Insignis fuit eius oboedientia, celer et laeta, mandatis Superiorum, quibuscum constanter colloquia habebat ut suam vitae disciplinam meliorem in dies efficeret. Generosus erat et rebus, quas dono aliis libenter dabat, minime addictus. Pluries patefecit perspicuum amorem erga missionariam actuositatem, prout iam indicaverat suscipiendo Venantii nomen in religione.

In studiis valde profecit, quia optima intellegentia et constantia praeditus erat: carum ei erat describere mira naturae. Facillime artem cantus et musicae solus didicit et instrumentis exsequebatur: breves etiam "partes" musicae scribebat, quas humilitatis causa non suas esse dicebat.

In vita fratris Venantii nihil invenitur inauditi et extraordinarii, nisi progressio serena et continua usque ad mortem in via virtutis et sanctitatis.

Die 30 Octobris 1937 in morbum polineuritidis incidit, quo paucis post diebus ad mortem ductus est. Extremo vitae die, scilicet die 2 Novembris

1937, parvo motu capitis et exigua voce formulam professionis solemnium votorum, a sodale lectam. se sequi posse indicavit. Etsi summis doloribus tactus, nullum impatientiae vel lamentationis signum dedit. Domino obtulit duo magna desideria, quae ante mortem complere nequit: matrem videre et sacerdos esse.

Paucis post eius mortem mensibus a confratribus edita est brevis eius biographia pro studentibus Ordinis. Statim eius sanctitatis fama diffusa est et adhuc diffunditur. Eius corpus sepultum est in coemeterio romano in Campo Verano; anno 1954 translatum est ad ecclesiam S. Marcelli de Urbe et anno 1967 ad ecclesiam S. Mariae Servorum Bononiae, ubi nunc requiescit.

Ob sanctitatis famam, a die 16 Novembris 1957 ad diem 6 Februarii 1967 in Curia ecclesiatica Bononiensi peractus est Processus dioecesanus, cuius validitatem iuridicam haec Cogregatio adprobavit Decreto diei 27 Septembris 1996. Parata *Positione,* disceptatum est, iuxta praxim consuetam, utrum Servus Dei gradu heroico virtutes exercuerit. Die autem 31 Octobris 2013 actus est peculiaris Congressus Consultorum Theologorum cum exitu positivo. Patres Cardinales et Episcopi in Sessione Ordinaria diei 27 Octobris 2015, me Card. Angelo Amato praesidente, affirmarunt Servum Dei exercuisse gradu heroico virtutes theologales, cardinales et adnexas.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, iisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Venantii Mariae Quadri, Religiosi Professi Ordinis Servorum Mariae, in casu et ad effectum de quo agitur*.

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 14 mensis Decembris a.D. 2015.

Angelus Card. Amato, S.D.B.
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Marcellus Bartolucci
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

BRIXIENSIS

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Elisabethae Baldo Fundatricis Piae Domus a S. Ioseph in loco v.d. Gavardo, Confundatricis Congregationis Sororum Humilium Ancillarum Domini (1862-1926)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Vidua eligatur et in operibus bonis testimonium habens, si filios educavit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lavit, si tribulationem patientibus subministravit, si omne opus bonum subsecuta est» (*1Tm* 5, 9-10).

Singulare videtur itinerarium Servae Dei Elisabeth Baldo, cuius vita varias per condiciones existentiales evolvit: nam, testimonium christianum in familia perhibuit, cui viduitas accessit, quae secundum Pauli ad Timotheum exhortationem, ei novum incitamentum ad apostolicam operam fuit.

Serva Dei in pago vulgo dicto *Gavardo* iuxta Brixiam die 29 mensis Octobris anno 1862, octava decem filiarum, orta est e parentibus Hieronymo Baldo et Francisca Bologna. Eius institutioni consulere mater et matertera ac deinceps, parentibus orbata, Ursulinae sanctimoniales pagi *Gavardo,* quorum in collegio alumna recepta est.

In pueritia et adulescentia Elisa, sicut ab omnibus saepius nuncupabatur, manifestavit naturam vivacen, interdum indomitam, sed generosam et ad pietatem propensam. Eius proclivitas ad vitam spiritualem sacramento Confirmationis accepto et sacrae Eucharistiae mensae frequentatione magis increbuit et corroborabatur. Cum, expleto cursu institutionis in collegio, domum rediit edidit propositum vivendi secundum fidei rationem et bona principia moralia, quibus sui in istitutione est imbuta.

Die 11 mensis Octobris anno 1882 nupsit Caietano Foresti, diviti mercatori, quocum Brixiae pariter vixit. Eius matrimonium vero amore nituit, sed liberorum dono gavisum non est. Elisa semper appetiit maternitatem, quae tamen consequi nequit, quare valde angustiabatur et patiebatur. Postea et nova causa angustiae fidem eius affecit: nam, maritus mentali morbo correptus est eumque gradatim motionibus omnibus morbus spoliavit, ei solam fere vegetalem vitam relinquens. Elisa ei omni devota cura et constanti sollicitudine assedit, dum morbus usque ad extremum exitum progressus est. Anno 1891 Serva Dei viduitatem suam incepit. Intimis affectibus orbata, novum statum non recusavit, sed exercitium doloris in novam opportunitatem

mutavit ut Christi mysterio paschali vehementius uniretur et multis fratribus pauperibus magis consentiret. Hoc modo vividam communionem cum Deo assecuta est et crucis salutaris roboris testimonium congruenter praebuit.

Illis difficilibus condicionibus Patrem Ioannem Piamarta cognovit, hodie in numero Sanctorum, fundatorem *Operis Parvulorum Opificum* et Instituti *Sacrae Familiae Nazareth,* qui eius spiritualis moderator factus est et Deo adiuvante, ei subvenit ad viam eligendam, scilicet ad se devovendum in proximum indigentem. Elisa in pagum *Gavardo* rediit et familiaribus substantiis ex mariti hereditate perceptis derelictorum pauperum benefactrix evasit, quibus domum fundavit ad hospitalitatem exercendam, quae adhuc hodierno die ab omnibus cognita est nomine *Domus Sancti Ioseph.* Ipsamet, quam concives reverenter locali sermone appellabant *"Siura Lisa",* id est dominam Elisam, receptis in hospitio magna sedulitate ministrabat et alacriter suscitavit multa opera in paroecia et in societate.

Istis in rebus ei aliae iuvenes mulieres voluntariae subveniebant, quae re ipsa cum ea ad modum religiosae familiae degebant. Qua re Pater Piamarta exhortatus est ut ipsa veram Congregationem fundaret, quae post illius patris obitum nuncupata est *Humilium Servarum Domini* et anno 1924, dioecesanam canonicam approbationem obtinuit. Elisa Congregationis Regulas et Constitutiones disposuit et cum sodalibus, die 28 mensis Octobris anno 1925, vota religiosa emisit.

Serva Dei, neglectis omnibus difficultatibus, numquam animo fracta est, sed divinae voluntati omnino se commisit amoremque suum in proximorum ministerio effudit in plenitudine participationis Evangelii et Ecclesiae. Eius intentissima fuit fides et vehemens devotio in Eucharistiam et in Beatam Mariam Virginem, constans spiritus orationis et generosa caritas, quae omnia in ea eminebant. Studiosissima omnium necessitatum hominum necnon liberalis ac sollers in proximos, de rebus familiaribus eo impendit, ut e divite, quae certe fuit, vitam privationis et modestiae complecteret, consecrans se ad propositum, quod Dominus ei panderat. Omnes navitate et humilitate recipiebat, suavitatem et comprehensionem una cum miti ac praesentanea fortitudine coniungebat qua et suam naturam coërcebat.

Extremis duobus annis suae vitae Elisa profundiorem et suaviorem amorem erga filias spirituales servabit atque fide et humilitate animam suam disposuit ad extremum aditum in Dominum, qui reapse die 4 mensis Iulii anno 1926 evenit, cum Serva Dei mortali e vita pie migravit.

Fama sanctitatis, a die 18 mensis Februarii ad diem 30 mensis Octobris anno 1992 iuxta Curiam Brixiensem celebrata est Inquisitio dioecesana, cuius iuridica validitas ab hac Congregatione de Causis Sanctorum per Decretum diei 6 mensis Martii anno 1993 est approbata. Exarata *Positione,* disceptatum est secundum consuetas normas an Serva Dei virtutes heroum in modum excoluisset. Positivo cum exitu, die 13 mensis Maii anno 2014 Peculiaris Congressus Consultorum Theologorum auctus est. Die 3 mensis Martii anno 2015 Patres Cardinales et Episcopi Ordinaria in Sessione congregati, me Cardinale Angelo Amato praesidente agnoverunt Servam Dei virtutes theologales, cardinales et adnexas heroum in gradum exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, iisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Elisabeth Baldo, Fundatricis Piae Domus a S. Ioseph in loco v.d. Gavardo, Confundatricis Congregationis Sororum Humilium Ancillarum Domini, in casu et ad effectum de quo agitur*.

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 18 mensis Martii a.D. 2015.

Angelus Card. Amato, S.D.B.
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Marcellus Bartolucci
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

KATOVICENSIS

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Francisci Blachnicki Sacerdotis Dioecesani (1921-1987)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Homo, qui in terris sola creatura est quam Deus propter seipsam voluerit, plene seipsum invenire non potest nisi per sincerum sui ipsius donum» (cfr. Conc. Oec. Vat. II, *Gaudium et spes,* 24).

Haec Concilii Oecumenici Vaticani II verba saepe Servus Dei Franciscus Blachnicki revocabat. Ea vere praecipuam indolem eius spiritualis rationis necnon totius vitae significant, quae multus fructus pro Ecclesia in Polonia atque extra eius fines attulit.

In oppido *Rybnik* (Polonia) die 24 mensis Martii anno 1921 in frequenti familia est natus. Maturitatis examen anno 1938 superavit. Bellum participavit mense Septembri atque, postquam exercitus Poloniae cladem acceperat, clandestinam navitatem incohavit. Mense Aprili anno 1940 comprehensus est atque in castra hominum deprehensorum in oppido *Auschwitz* deportatus, ubi 14 menses ibi mansit, quorum 9 in parte punitionis et fere unum mensem in cella mortis. Mense Martio anno 1942 capitis est damnatus ob navitatem clandestinam adversus regimen Germaniae vulgo *Reich.* Postquam 5 menses exsecutionem exspectaverat, capitis absolutus est atque annis 1942-1945 in Germanicis adstitit castris hominum deprehensorum atque in carceribus. Tempore quo in cella mortis erat, ad religionem christianam profunde conversus est atque decrevit vitam suam dono Deo in sacerdotio dare. Bello concluso, Seminarium Silesianum Cracoviae est ingressus. Die 25 mensis Iunii anno 1950 presbyter est ordinatus.

Primos annos ministerii pastoralis difficili vixit tempore quo regimen communistarum Episcopos Katovicenses in quodam loco detinuit. Iuvenis sacerdos in dioecesanae Curiae institutis operatus est, officium moderans catecheticum atque navitatem exercens in abstinentia ab alcoholo fovenda. Anno 1960 regimen communistarum Sedem sustulit *Motus Abstinentiae Fovendae* atque in custodiam Servum Dei misit. Accepta libertate, anno 1961, curricula apud Catholicam Studiorum Universitatem Lublinenesem frequentavit. Illis expletis, munus docentis exercuit theologiae pastoralis, liturgiae et catecheticae apud eandem Universitatem. Munus docendi cum

pastorali iunxit ministerio. Conferentia Episcoporum Poloniae anno 1967 nominavit eum Moderatorem Nationalem Servitii Liturgici.

Methodum spiritalium exercitationum instituit existentiale paedagogicum, quae appellabantur *Oases Novae Vitae* et tum iuvenibus tum adultis destinavit. Anno 1969 condidit, unum in Europa Orientali sub regimine communistarum, ecclesialem *Motum Lumen-Vita* qui, licet multae difficultates exstarent, in Polonia crevit velut etiam in plus quam 40 Nationibus. Operam etiam condidit abstinentiae fovendae appellatam *Motus Hominis Liberandi necnon Authonomum Christianum Ministerium Sociale* et *Christianum Ministerium pro Nationibus Liberandis.* Fundator etiam fuit operis feminarum laicarum cui nomen indidit *Institutum Immaculatae Matris Ecclesiae* atque communitatis sacerdotum quae vocabatur *Unio Sacerdotum Christi Servi.*

Servus Dei familias constituebat loca vivae fidei. Apostolus fuit renovandae vitae familiaris secundum Evangelii spiritum. Ad altiorem vitam christianam in familiis suscitandam obstitit formali accessioni ad Ecclesiam atque vitae rationi immodicae consumptionis. Eius industria effecit ut in *Motu Lumen-Vita* communitates familiarum nascerentur quae *Ecclesiae Domesticae* vocabantur.

Praecursor exstitit *novae evangelizationis.* Veluti responsionem ad Adhortationem apostolicam beati Pauli VI *Evangelii nuntiandi,* novum instituit genus exercitationum evangelizationis, quod in laicorum nitebatur testimoniis. Encyclica sancti Ioannis Pauli II *Redemptor hominis* inspiratus, inceptum paravit *Magnae Evangelizationis "Ad Christum Redemptorem".*

Belli statu in Polonia a regimine communistarum die 13 mensis Decembris anno 198l introductu reverendus Franciscus Blachnicki extra Poloniae fines confugit. Anno 1982 in oppido *Carlsberg* (Germania) incolere coepit, in quo instituit *Sedem Internatiònalem Evangelizationis Lumen-Vita.* Navitatem in provincia sociali et oecumenica est prosecutus. Regimen communistarum in Polonia non dedit ei licentiam in patriam redeundi. Fama sanctitatis circumdatus, die 27 mensis Februarii anno 1987, in *Carlsberg* obiit. Sanctus Ioannes Paulus II in nuntio telegraphico appellavit eum "diligentem apostolum conversionis et spiritualis renovationis hominis atque magnum iuvenum pastorem" qui "suas numerosas facultates ingenii et cordis, peculiarem indolem quam a Deo accepit, Regno Dei destinavit aedificando. Precibus, apostolatu et passione hoc opus prosecutus est, quam ob rem iure de eo cogitamus veluti de *violento* eiusdem Regni (cfr *Mt* 11, 12).

Servus Dei nuntium et christianae spiritualitatis exemplum sacerdotibus, religiosis et laicis reliquit. Exspectatio exsecutionis plus quam centum dies in cellam mortis tempore secundi belli mundialis prorsus eum transformavit. Dei gratia illuminatus, Christum fecit Dominum vitae suae ac decrevit Ei diligenter veluti sacerdos servire. Quam ob rem totum se Deo concredidit, dux et exemplar illis qui propriam vivunt conversionem. Vir certae fidei est appellatus atque strenuus testis Christi. Sententia Servi Dei, ex eventu fidei vis nascitur ad eam etiam in difficillimis vitae condicionibus confitendam. Hoc modo heroicam demonstravit virtutem fidei. Animum non amittebat etiam in angustissimis vitae circumstantiis, summam ponens spem in Deum. Caritatem etiam miram erga Deum demonstravit, potissimum in vita orationis et in liturgiae dilectione. Plene se infantibus et iuvenibus dicavit quos solidam vitam christianam edocebat. Formationis modum paravit, quem *paedagogia novi hominis* appellavit. In eius sollicitudine de hominum salute animadvertitur infinita virtus caritatis erga proximum. Servus Dei multis in vitae difficultatibus heroicam demonstravit virtutem fortitudinis, sine timore exemplum fidei praebens coram atheis rationibus nazismi et communismi. Omnia bona terrestria apostolatui destinavit, veram hoc modo virtutem paupertatis ostendens. Se totum Deo concredidit, Immaculatam sequens, heroice virtutem castitatis exercens atque Servum Christum imitans in peculiari oboedientia, quae in eius necessitudinibus cum Superioribus perspicitur.

Fama sanctitatis quae Servum Dei in vita comitata est, post eius mortem crevit. Quam ob rem Archiepiscopus Katovicensis Damianus Zimon annis 1995-2001 Inquisitionem dioecesanam celebravit, cuius iuridica validitas die 29 mensis Novembris anno 2002 Decreto Congregationis de Causis Sanctorum est recognita. Parata *Positione,* disceptatum est, iuxta suetas normas, an Servus Dei virtutes heroico modo exercuisset. Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum die 16 mensis Octobris anno 2014 positivam sententiam de virtutibus Servi Dei protulit. Patres Cardinales et Episcopi in Sessione Ordinaria die 22 mensis Septembris anno 2015, cui egomet ipse Angelus Cardinalis Amato praefui, professi sunt Servum Dei virtutes theologales, cardinales in modum heroum exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodie declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum*

tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, iisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Francisci Blachnicki, sacerdotis dioecesani, in casu et ad effectum de quo agitur.

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 30 mensis Septembris a.D. 2015.

Angelus Card. Amato, S.D.B.
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Marcellus Bartolucci
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

VITERBIENSIS ET TUSCANENSIS

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Benedictae Frey (in saeculo: Ersiliae Penelopis) Monialis Ordinis Cisterciensis (1836-1913)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Qui vere sancti esse volunt, id pro certo teneant: non in solitudine vivere, sed sanctissimam Dei voluntatem adimplere et propriae condicionis officia perficere, hoc unum Deo acceptabile veraeque pietatis signum esse».

Quibus in verbis mira simplicitate praeditis, quae olim Serva Dei Benedicta Frey ex ore et corde protulit, effigiem vimque animi eius significari credimus. Namque, quoad vixit, semper Domino fideliter obsecuta, immensae eius misericordiae se penitus dedidit.

Serva Dei, Romae nata die 6 mensis Martii anno 1836, nomine Ersiliae Penelopis baptizata atque Christi praeceptis educata, pueritiam domi suae egit, musicam cantumque ferventi animo adamavit. Dum in coenobio Magistrarum Piarum de Sanctae Luciae Filippini Instituto erudiebatur, se ad virginitatem suam Christo consecrandam sub moniali specie esse vocatam animo intellexit. Qua re, spirituali magistro auctore, in Visitationis coenobium Viterbi situm ingressa, nomine Mariae Benedictae sacram vestem induit et, anno 1858, perpetuo vinculo Christo se sociavit.

Mense Novembri anni Domini 1861, ingravescente infirmitate dorso correpta Christi vestigia in Calvariae locum assequi coepit. Tali ratione medici eius in illo tempore morbum descripserunt: «Gravibus doloribus vexata, caput nec reclinare nec erigere apta erat quod inerte in pectus corruebat, aestus angorisque periculo imminente: qua re, frons infulis regenda erat. Huc accedebat quod corpus, longa infirmitate debilitatum, saepe ulceribus pulmoneoque morbo afficiebatur». Nullum re medium, nulla malorum sanatio inveniri potuit. Praeterea, Benedicta, iam terribili corporis cruciatu oppressa, vehementer animo menteque patiebatur, cum se gravem inutilemque aliis monialibus factam esse sentiret.

Quam tremendam crucem Serva Dei, quamvis primum repugnantibus affectibus, pedetemptim forti animo accepit, hanc viam sanctificationis suae esse reputans, pleno integroque Dei voluntati obsequio oboediens facta. Ita, cum Iesum Christum Crucifixum animi impetu contemplaretur, forti et sereno animo eius Paschae communicavit atque semper tranquillam, humilem oboedientemque se praebuit.

Benedicta, quantum poterat, in otio iacere nolebat, sed fictos flores una manu dentibusque effingere studebat ac praecipue alios consolabatur atque visitantibus consilia impertiebatur adeo ut nullo dolore opprimi videretur. Qua ratione, virtutum eius fama coenobii moenia transgressa ubique diffusa est. Beatus Pius IX Pontifex in eius cubiculo Missam celebrari sivit atque clari eximiique viri ad eam visitandam venerunt, e quibus Cardinalis Merry del Val, Cardinalis Petrus La Fontaine, Venetiarum Patriarcha, Beatus Iosephus Nascimbeni, Beatus Bartolomaes Longo, Sanctus Aloisius Orione.

Serva Dei, dolorem solitudinemque longos per annos experta, semper in Evangelii via progredi studuit. Ardenti amore, ergo, Christum Crucifixum diligebat, viva fervidaque pietate Virginem Mariam colebat doloremque suum una cum Domino recipiebat, quasi mystice eius Paschae communicans.

Apostolicam actuositatem verbis et oratione assidua exercuit, maxime in peccatores, in eos qui fidem renuebant, in familias difficili casu oppressas atque in aliqua infirmitate cruciatos. Numquam queri solita et vultu et animo placida, aliis adridebat atque consolabatur. Cum animadverteret se victimae more offerendam esse, dicere solebat: «Ceterorum dolores magis doleo quam morbum, quo multos iam annos excrucior, qua re graviores dolores pati velim potius quam illos dolentes aspicere». Praeterea, Deus Benedictam dono consolandi, pectoris intima cognoscendi aliosque consiliandi ditavit: quae dona etiam multis sacerdotibus iisque qui ad sacra mysteria celebranda parabantur benigne largita est.

Serva Dei die 10 mensis Maii anno 1913 obiit eiusque funera magnus populi concursus ex omni ordine comitatus est.

Sanctitatis eius fama gliscente, a die 26 mensis Decembris anno 1959 usque ad diem 3 mensis Novembris anno 1962 apud Curiam Viterbiensem Processus Ordinarius celebratus est, cuius auctoritas et vis iuridica ab hac Congregatione de Causis Sanctorum Decreto diei 23 mensis Novembris anno 1984 probatae sunt. *Positione* confecta, iuxta suetum morem, dissertum est num Serva Dei virtutes heroico gradu exercuerit: qua de re, die 24 mensis Iunii anno 2014 Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum faustum responsum dedit. Postea, Patres Cardinales et Episcopi in Sessione Ordinaria diei 29 mensis Septembris anno 2015, me Card. Angelo Amato praesidente, Servam Dei theologales, cardinales, consimilesque virtutes maximo gradu quoad ad hominem exercuisse recognoverunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota

Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, iisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Benedictae Frey (in saeculo: Ersiliae Penelopis), Monialis Ordinis Cisterciensis, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 30 mensis Septembris a.D. 2015.

Angelus Card. Amato, S.D.B.
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Marcellus Bartolucci
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

MEDIOLANENSIS

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Angeli Ramazzotti Venetiarum Patriarchae Fundatoris Pontificii Instituti pro Missionibus Exteris (1800-1861)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Magnus animus perfecti sacerdotis, evangelici apostoli, insignis Dei Ecclesiae praesulis».

Tantis verbis Patriarcha Cardinalis Angelus Roncalli, hodie Sanctus Ioannes XXIII, Servum Dei Angelum Ramazzotti appellabat, qui Sancti Marci Venetiarum in cathedra fuit antecessor, pastoris huius in populo vehementissime radicati et generose erga mundum sollertis spiritualem figuram describens.

Servus Dei die 3 mensis Augusti anno 1800 Mediolani natus est. Insequenti die sacro fonte lustratus est eique nomen Angeli Francisci impositum. Ille cursum studiorum apud Universitatem Papiensem lauream in utroque iure anno 1823 adipiscens perfecit. Duobus annis post forenses partes recusavit, ut ad studia theologica accederet. Servus Dei die 13 mensis Iunii anno 1829 Mediolani sacros ordines suscepit eodemque die in numero Rhaudensium Missionariorum receptus est, qui sodalitium sacerdotum dioecesanorum ad praedicationem spiritualium meditationum et missionum in populum constituere. Ter officio Superioris sodalitii functus est.

Amor Evangelii et animarum sanctificationis eum perduxit ad eligendam immensam Ambrosianam dioecesim ut locum eius missionis. Usque ad recessa et impervia montium processit ut praedicaretur et sacramenta administraret, sed etiam ut necessitatibus socialibus et cotidianis suppeditaret necnon ut suo iuridico intellectu multa contentiosa pacificaret. Iuvenum necessitudines valde percipiebat eo ut in quodam Sancti Francisci coenobio, quod ei hereditate pervenit in oppido Salomni, ubi eius parentes orti erant, institueret iuvenibus festivum oratorium et orphanotrophium in quo, anno 1848, post illas, quae dicuntur, *Quinque Mediolanenses Dies* et filios militum Austriacorum recepit.

Papiensis electus Episcopus, die 30 mensis Iunii anno 1850 Romae consecratus est. Priusquam possessionem dioecesis acciperet, die 30 mensis Iulii Seminarium pro Missionibus Exteris fundavit, adnectens in illo quod fuerat coenobio tum in suam proprietatem traiecto primum coetum candidatorum ad missionem, ex quibus Ioannes Mazzucconi, qui primus illius

Instituti martyrio fidei testimonium perhibuit et in numerum Beatorum anno 1984 relatus est. Episcopos Lombardos in fundatione Servus Dei consilio suo secum traxit, qui omnes ergo pariter consociati Seminarii institutionis documentum die I mensis Decembris eiusdem anni subscripserunt. Hoc modo Servus Dei ipsemet, qui propter Superiorum oboedientiam vocationi ad missiones attendere non potuit, per fundationem primi Instituti Italici dioecesanorum sacerdotum et laicorum, qui speciatim ad missiones ad extra et ad gentes consecrati sunt, Providentiae mirabile instrumentum evasit.

Anno 1858 Summus Pontifex Pius IX ad sedem Patriarchalem Venetiarum reverendissimum dominum Ramazzotti provexit. Servus Dei hoc munere tres per annos functus est, magnam et multiformem actionem pastoralem exercens. Anno 1859 primum Concilium Provinciale Venetum indixit ac praefuit et operam efficaciter contulit primam missionariam in expeditionem. anno 1860, Sororum Caritatis, quae dicuntur “Mariae puellae”, usque in Bengalam in India et Filiarum Caritatis, quae dicuntur *Canossianae,* in Siamkiamum.

Humilitas et caritas animum Servi Dei tota eius in vita notaverunt, sicut etiam spiritus privationis, qui ei suasit ne calefactione quidem eius in cubiculo contra hiemales rigores uteretur. Vitam suam summa paupertate ad modum Evangelii degebat pauperesque diligebat, quibus multa hospitia Papiae et Venetiis fundavit. Iuvenes mulieres audiendi et loquendi usu carentes valde curavit, pro iis scholas suis substantiis fundavit. Sollicitus fuit et erga iuvenes sine opere, quos e viis recepit iisque scholas vespertinas condidit, ut istis rectam institutionem suppeditaret. Anno 1855 flagrante terribili morbo cholerico, Langobardorum magno excidio, ipsemet aegrotis in lazaretis ministrare voluit. Anno 1857 ille agros aquis Padi et Ticini mersos carina vegatus visitavit ut incolis domi praeclusis solacium et subsidia praestaret.

Eius ardens fides summam aedificationem fidelibus porrigebat: multas per horas in orationem incumbebat, ecclesias in quibus Sanctissimum Sacramentum ostendebatur visitabat ibique longa adoratione commorabatur, erga Virginem Mariam singularem exercebat cultum praesertim sub titulo Perdolentis Matris et Reginae Apostolorum. Spiritualia exercitia omnibus clericis, laicis vel etiam viris et mulieribus in carcerem coniectis ipsemet praestabat.

Pastoralibus consiliis Servus Dei, magna prudentia, iustitia et paterna sollicitudine regebatur. Sacerdotes dogma Immaculatae Conceptionis reicientes convertere omnibus suis viribus enisus est, pro quibus suas orationes et privationes etiam in agonia obtulit. *Sacerdotes familiae* instituit, qui

praedicationi variis in paroeciis maxime dediti erant vitamque communem cum iis ipse in episcopio degit. Etiam in episcopali dignitate constitutus missionarios Instituti ab ipso fundati per mundi semitas ducere et animo benevolo et oratione comitari perrexit. Die 24 mensis Septembris anno 1861 mortali e vita migravit, tres dies prius quam rubrum biretum e manibus Beati Pii IX reciperet.

Die 23 mensis Maii anno 1926 Summus Pontifex Pius XI per Decretum statuit ut Institutum pro Missionibus Exteris Mediolanense et Pontificium Seminarium Missionarium Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli in Urbe coniungerentur in novo Pontificio Instituto Pro Missionibus Exteris (PIME).

Perdurante fama sanctitatis, a die 13 mensis Februarii anno 1976 ad diem 16 eiusdem mensis Februarii anno 1978 iuxta Curiam Mediolanensem celebratus est Processus dioecesanus, cuius iuridica validitas per Decretum diei 4 mensis Decembris anno 1998 ab hac Congregatione de Causis Sanctorum est approbata. Exarata *Positione,* secundum normas canonicas disceptatum est an Servus Dei virtutes heroum in modum exercuisset. Positivo cum exitu, die 3 mensis Martii anno 2015 Peculiaris Congressus Theologorum auctus est et die 1 mensis Decembris eiusdem anni Ordinaria in Sessione Patres Cardinales et Episcopi se congregaverunt, me Angelo Cardinale Amato praesidente.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, iisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Angeli Ramazzotti, Venetiarum Patriarchae, Fundatoris Pontificii Instituti pro Missionibus Exteris (PIME), in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 14 mensis Decembris a.D. 2015.

Angelus Card. Amato, S.D.B.
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Marcellus Bartolucci
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIAE

Lato decreto a Congregatione pro Episcopis, Sanctissimus Dominus Franciscus Pp., per Apostolicas sub plumbo Litteras, eae quae sequitur Ecclesia sacrum praefecit Praesulem:

die 23 Augusti 2017. — Metropolitanae Ecclesiae Tucumanensi, R.D. Carolum Albertum Sánchez, e clero archidioecesis Tucumanensis.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Sua Santità il Papa Francesco ha ricevuto in udienza in occasione della presentazione delle Lettere Credenziali:

Venerdì, 1 settembre, S.E. il Signor Jaime Manuel del Arenal Fenochio, Ambasciatore del Messico.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Francesco ha nominato:

12 agosto 2017 S.E.R. Mons. Mirosław Adamczyk, Arcivescovo tit. di Otricoli, finora Nunzio Apostolico in Liberia, Gambia e Sierra Leone, *Nunzio Apostolico in Panama*.

12 » » S.E.R. Mons. Paul Tschang In-Nam, Arcivescovo titolare di Amanzia, Nunzio Apostolico in Thailandia e Cambogia e Delegato Apostolico in Laos, *Nunzio Apostolico in Myanmar*.

24 » » S.E.R. Mons. Ghaleb Bader, Arcivescovo tit. di Matara di Numidia, finora Nunzio Apostolico in Pakistan, *Nunzio Apostolico nella Repubblica Dominicana e Delegato Apostolico in Porto Rico*.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Francesco ha nominato o confermato:

8 agosto 2017 Gli Em.mi Sig.ri Card.li: Beniamino Stella, Prefetto della Congregazione per il Clero; Giuseppe Versaldi, Prefetto della Congregazione per l'Educazione Cattolica; Dominique Mamberti, Prefetto del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica; Jean Zerbo, Arcivescovo di Bamako (Mali); Louis-Marie Ling Mangkhanekhoun, Vicario Apostolico di Paksé (Laos); gli Ecc.mi Mons.ri: Giuseppe Lazzarotto, Arcivescovo tit. di Numana, Nunzio Apostolico; Mario Giordana, Arcivescovo tit. di Minori, Nunzio Apostolico; Adriano Bernardini, Arcivescovo tit. di Faleri, Nunzio Apostolico; Vincenzo Paglia, Presidente della Pontificia Accademia per la Vita, *Membri della Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli*. Gli Em.mi Sig.ri Cardinali Giuseppe Bertello e Domenico Calcagno *ad aliud quinquennium Membri della medesima Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli*.

13 settembre » Il Rev. Mons. Pasquale Iacobone, del clero della Diocesi di Andria, Officiale del Pontificio Consiglio della Cultura, *Membro e Segretario della Pontificia Commissione di Archeologia*.

NECROLOGIO

5	agosto	2017	S. Em.za il Signor Card. Dionigi Tettamanzi, del Tit. dei Ss. Ambrogio e Carlo, Arcivescovo em. di Milano (*Italia*).
8	»	»	Mons. Julio César Bonino, Vescovo di Tacuarembó (*Uruguay*).
9	»	»	Mons. Robert Joseph Shaheen, Vescovo dell'Eparchia Marorita Our Lady of Lebanon of Los Angeles (*Stati Uniti d'America*).
13	»	»	Mons. Bernardo Maria (Savino) Cazzaro, O.S.M., Arcivescovo em. di Puerto Montt (*Cile*).
17	»	»	Mons. Francis Xavier DiLorenzo, Vescovo di Richmond (*Stati Uniti d'America*).
22	»	»	Mons. Matthew Kia, Arcivescovo em. di Taipei (*Taiwan*).
27	»	»	Mons. Maurice Marie-Sainte, Arcivescovo em. di Fort-de-France (*Martinica*).
»	»	»	Mons. José Maria Pires, Arcivescovo em. di Paraíba (*Brasile*).
1	settembre	»	Sua Em.za il Signor Card. Cormac Murphy-O'Connor, del Tit. di S.Maria sopra Minerva Arcivescovo em. di Westminster (*Inghilterra*).